

De postprædicamentis
CAP. XI.

177

De
POSTPRÆDICA-
MENTIS.

I.

SEquuntur postprædicamenta, ipsis prædicamentis ab Aristotele annexa, (quamvis hanc particulam de postprædicam. Aristotelis esse, neget Andronicus, quam sententiam vid. refutatam ab Ammon. ad cap. 10. lib. categ. vid. etiam Boet. ad d. 1.) ut explicentur quædam vocabula, quorum in prædicamentis facta erat mentio, aut quorum cognitio accuratior ad intellectiōnem ipsorum prædicamentorum meliorem facit. In prædicamentis enim facta erat mentio contrariorum, unde in postprædicamentis non solum contraria, sed in genere opposita explicantur: cap. 10. et 11. lib. categ. Similiter quia relata Aristoteles dixit esse simul natura, ut unum altero non sit prius, licet interdum prius esse videatur, ideo quid prius, quid simul esse dicatur, in postprædicamentis exponitur cap. 21.

M

13. Por